Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

[Psalterium cum apparatu vulgari firmiter appresso] - Cod. Lichtenthal 120

[Lichtenthal], [1503 Druck; Handschrift Mitte 18. Jh.]

Antiphonen zur Prim

urn:nbn:de:bsz:31-40433

Visual Library

Festa Domini.

Antiphoni ad Primam.

Dominica prima adventus.

Jucundare filia Sion; et exulta satis, filia jerusalem, alleluja.

Dominica II adventus.

Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator, ponetur in ea murus et antemurale: aperite portas, quia nobiscum Deus alleluja. 7.

Dominica III Adventus.

Jerusalem, gaude gaudio magno, quia veniet tibi Salvattor, alleluja. VIII.

Feria quarta quatuor temp.

Prophetæ prædicaverunt nasci Salvatorem de virgine Maria.

Feria sexta quatuor temp.

Ponent Domino gloriam, et laudem ejus in insulis nuntiabunt; quia ecce veniet, et non tardabit.

Sabbatho quatuor temp.

Consurge, consurge: induere fortitudinem, brachium Domini.

Dominica IV adventus.

Ecce veniet desideratus cunctis gentibus, et replebitur gloria Domini domus, alleluja. j.

Vigilia Nativitatis Domini.

Hodie scietis, quia veniet Dominus, et mane videbitis gloriam ejus. 8.

Nativitate Domini.

Lux orta est super nos: quia hodie natus est salvator, alleluja. j.

Dominica infra octavam nativitatis Domini.

Angelus ad pastores ait: annuntio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Salvator mundi, alleluja.

Circumcisione Domini.

Quando natus es ineffabiliter et

Epiphania Domini.

Venit lumen tuum, jerusalem, et gloria Domini super te orta est: et ambulabunt gentes in lumine tuo, allelu

In Octava Epiphaniæ.

Te, qui in spiritu et igne purificas

Ad Primam
Capitulum

Regi ſæculorum imortali & inviſibili, ſoli Deo honor & gloria: * in ſæcula ſæculorum, Amen.

humana contagia: Deum et redemptorem omnes glorificamus

Dominica Septuagesimæ.

Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. j.

Dominica Sexagesimæ.

Si culmen veri honoris quæritis, ad coelestem patriam quantocius properate. 7.

Dominica quinquagesimæ

Tradetur gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum

Dominica I quadragesimæ

Jesus ~~cum~~ autem cum jejunabet quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. j.

Dominica II quadragesimæ

Domine bonum est nos hic eſse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliæ unum. j.

Dominica III quadrgesimæ

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ poſsidet. 3.

Dominica IV quadrages.

Satiavit Dominus quinque millia hominum de quinque panibus, et duobus piscibus. VIj.

Dominica paſsionis.

Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum, vidit, et gavisus est. ij.

Dominica palmarum.

Pueri hebræorum tollentes ramos olivarum, obviaverunt Domino, clamantes et dicentes: Hosanna in excelsis. j.

Feria secunda majoris Hebdomadæ.

Feria 3 et 4ta [illegible]

Framea, suscitare adversus eos qui dispergunt gregem meum. ij.

In ascensione Domini.

Non vos relinquam orphanos, alleluja: vado, et venio ad vos, alleluja: et gaudebit cor vestrum, alleluja. j.

Dominica pentecostes.

Spiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluja. VIIj.

Feria tertia majoris Hebdomadæ.

Discerne causam meam Domine: ab homine iniquo et doloso eripe me. 7.

Feriâ quartâ majoris hebdomadæ.

Contumelias et terrores paſsus sum ab eis: sed Dominus mecum est tamquam bellator fortis. 8.

Dominica Trinitatis.

O beata, benedicta, et gloriosa unitas, Pater, et filius, et spiritus sanctus, miserere, miserere, miserere nobis.

In festo S. Cordis Jesu

Sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum: et permaneant oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus.